

55A. Cicero and Caesar, page 1 (SB page 13)

Line numbers are keyed to the vocabulary lists in the Student's Book.

- 1 M. Tullio Cicerone oratore et C. Antonio consulibus,
2 anno ab urbe condita sexcentesimo nonagesimo primo,
L. Sergius Catilina,
3 nobilissimi generis vir, sed ingenii praevisum,
ad delendam patriam
coniuravit
cum quibusdam claris quidem sed audacibus viris.

- 4 A Cicerone urbe expulsus est.

Socii eius deprehensi in carcere strangulati sunt.

Ab Antonio, altero consule, Catilina ipse

- 5 victus proelio
est interfectus.

55A, page 2 (SB page 15)

6 Annō urbis conditae sexcentēsīmō nōnāgēsīmō quīntō

C. Iūlius Caesar,

7 quī postea imperāvit,

cum L. Bibulō cōsul est factus.

Dēcrēta est eī Gallia et Illyricum

8 cum legiōnibus decem.

Is p̄m̄us v̄icit Helvētiōs,

quī nunc Sēquanī appellantur,

9 deinde

v̄incendō per bella gravissima

usque ad Ōceanum Britannicum p̄cessit.

10 Domuit autem annīs novem ferē omnem Galliam,

quae inter Alpēs, flūmen Rhodanum, Rhēnum et Ōceanum est

11 et circuitū patet ad bis et triciēs centēna mīlia passuum.

12 Britannīs mox bellum intulit,

quibus ante eum nē nōmen quidem Rōmānōrum cognitum erat,

eōsque victōs,

13 obsidibus acceptīs,

stīpendiārīōs fēcit.

Galliae autem

tribūtī nōmine

14 annum imperāvit stīpendium quadringentiēs.

Germānōsque trāns Rhēnum aggressus

immānissimīs proeliīs v̄icit.

55B. Civil War: Caesar vs. Pompey, page 1 (SB page 17)

- 1 Hinc iam bellum cīvile successit execrandum et lacrimābile,
quō praeter calamitātēs,
quae in proeliis accidērunt,
2 etiam populī Rōmānī fortūna mūtāta est.

Caesar enim

- 3 rediēns ex Galliā victor
coepit poscere alterum cōsulātum atque ita,
4 ut sine dubietāte aliquā eī dēferrētur.

Contrādictum est ā Marcellō cōsule, ā Bibulō, ā Pompeiō, ā Catōne,

- 5 iussusque
dīmīssīs exercitibus
ad urbem redīre.

- 6 Propter quam iniūriam ab Arīminō,
ubi mīlitēs congregātōs habēbat,
adversum patriam cum exercitū vēnit.

- 7 Cōsulēs cum Pompeiō senātusque omnis atque ūniversa nōbilitās ex urbe fūgit
8 et in Graeciam trānsiit.

Apud Ēpirum, Macedoniam, Achaeam

Pompeiō duce
senātus contrā Caesarem bellum parāvit.

55B, page 2 (SB page 19)

10 Caesar

vacuam urbem ingressus
dictatōrem sē fēcit.

Inde Hispāniās petiit.

11 Ibi Pompeiī exercitūs validissimōs et fortissimōs

cum tribus ducibus, L. Afrāniō, M. Petreiō, M. Varrōne,
superāvit.

12 Inde regressus

in Graeciam trānsiit,

13 adversum Pompeium dīmicāvit.

Prīmō proeliō victus est et fugātus,
ēvāsīt tamen,

quia

nocte interveniente

Pompeius sequī nōluit,

dīxitque Caesar

14 nec Pompeium scīre vincere et

15 et illō tantum diē sē potuisse superārī.

55C. Pompey's Fate, page 1 (SB page 25)

- 1 Deinde in Thessaliā apud Palaeopharsalum
prōductīs utrimque ingentibus cōpiīs
- 2 dīmīcāvērunt.

Pompeīi aciēs habuit quadrāgintā mīlia peditum,

- 3 equitēs in sinistrō cornū sexcentōs, in dextrō quīngentōs,
praetereā tōtius Orientis auxilia,
- 4 tōtam nōbilitātem, innumerōs senātōrēs, praetōriōs, cōsulārēs et eōs
quī magnōrum iam bellōrum victōrēs fuissent.

- 5 Caesar in aciē suā habuit peditum nōn integra trīgintā mīlia, equitēs mille.

- 6 Numquam adhūc Rōmānae cōpiae in ūnum
neque maiōrēs neque meliōribus ducibus

- 7 convēnerant,
tōtum terrārum orbem facile subāctūrae,
sī contrā barbarōs dūcerentur.

55C, page 2 (SB page 27)

- 9 Pugnātum tum est ingentī contentiōne,
victusque ad postrēmum Pompeius
10 et castra eius dīrepta sunt.

- Ipsē fugātus Alexandriam petiit,
ut ā rēge Aegyptī,
11 cui tūtor ā senātū datus fuerat propter iuvenīlem eius aetātem,
acciperet auxiliā.

- Quī
12 fortūnam magis quam amīcitiā secūtus
occīdit Pompeium,
caput eius et ānulum Caesarī mīsit.

- Quō cōspectō
13 Caesar etiam lacrimās fūdisse dīcitur,
14 tantī virī intuēns caput et generī quondam suī.

55D. The Death of Caesar and the Rise of Octavian, page 1 (SB page 29)

1 Inde Caesar

bellis cīvilibus per tōtum orbem compositis
Rōmam rediit.

2 Agere īnsolentius coepit et contrā cōnsuētūdinem Rōmānae lībertytis.

3 Cum ergō et honōrēs ex suā voluntāte praestāret,

quī ā populō anteā dēferēbantur,

4 nec senātuī ad sē venientī adsurgeret

aliaque rēgia ac paene tyrannica faceret,

coniūrātum est in eum

5 ā sexāgintā vel amplius senātōribus equitibusque Rōmānīs.

Praecipuī fuērunt inter coniūrātōs duo Brūtī ex eō genere Brūtī,

quī prīmus Rōmae cōnsul fuerat et rēgēs expulerat,

et C. Cassius et Servīlius Casca.

Ergō Caesar,

7 cum senātūs diē inter cēterōs vēnisset ad Cūriam,

8 tribus et vīgintī vulneribus cōnfossus est.

55D, page 2 (SB page 31)

9 Annō urbis ferē septingentēsīmō decimō,
interfectō Caesare,
cīvīlia bella reparāta sunt.

10 Percussōribus enim Caesaris senātus favēbat.

Antōnius cōsul partium Caesaris cīvīlibus bellīs opprimere eōs cōnābatur.

Ergō

11 turbātā rē pūblicā
multa Antōnius scelera committēns

12 ā senātū hostis iūdicātus est.

Missī

ad eum persequendum
duo cōsulēs, Pānsa et Hirtius, et Octāviānus

13 adulēscēns annōs decem et octō nātus, Caesaris nepōs,
quem ille testāmentō hērēdem relīquerat et nōmen suum ferre iusserat.

Hic est,

15 quī postea Augustus est dictus et rērum potītus.

Quī

profectī contrā Antōnium

16 trēs ducēs vīcērunt eum.

Ēvēnit tamen

ut victōrēs cōsulēs ambō morerentur.

Quārē trēs exercitūs ūnī Caesarī Augustō pārūrunt.